

ex Moneta, H[enricus] Burner, Ny[colaus] Theler, Berlewinus, Ber[toldus] et S[iffridus] de Stencenbere, H[enricus] de Wilandisdorf, Ar. Loer, Ar. frater Henningi, Winandus de Canali et ceteri cives Vribergenses et quam plures alii fide digni.

(S.)

41.

5

Bischof Witigo I. von Meißen bestätigt die Stiftung einer Kapelle in der Kirche ULF. durch Theodericus, den Sohn des Kunico, das Patronatsrecht des letzteren über dieselbe und die über die in der Kapelle vorzunehmenden gottesdienstlichen Handlungen sowie über die Einkünfte derselben und ihres Rectors getroffenen Bestimmungen.

Meißen, 1288 Aug. 20.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K.32. Für das fehlende Siegel sind zwei runde Löcher im Pergament angebracht. 10
Gedr.: Wilisch Kirchen-Historie der Stadt Freyberg Cod. dipl. 12.

In nomine domini amen. Nos Witigo dei gratia Misnensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus in perpetuum. Tempus preterit et humane simul pretereunt actiones. Ne ergo ea, que ex pietatis officiis rationabiliter geruntur, ab hominibus simul cum tempore dilabantur, eternari solent patrocinio litterarum. Notum igitur esse volumus 15 universis tam presentis quam futuri evi Christi fidelibus, quod, cum dilectus noster compater Theodericus filius Kuniconis civis in Vriberc de bonis sibi a deo collatis cappellam in dextro pariete chori ecclesie sancte Marie in Vriberc ad honorem omnipotentis dei et gloriosissime virginis genitricis ejus, in remedium quoque et salutem animarum sue ac suorum progenitorum, de nostro et patronorum illustrium principum Alberti Turingie langravii et Friderici Misnensis et de Landesbere marchionis simul et viri discreti domini Johannis Catuli plebani predicte ecclesie^{a)} pie et laudabiliter construxisset sub condicionibus et annexis honoribus infra scriptis: prefatus siquidem Th. et omnes sui heredes, ita quod inter eos senior ad predictam capellam, quotienscunque et quandocunque eam vacare contigerit, jus habebunt presentandi, nec in eo jure presentandi plebanus, 25 qui pro tempore fuerit, aliquod jus sibi debet vel poterit vindicare. Etenim in recompensationem sepe dictus Th. duas marcas annue pensionis et certi census assignavit ecclesie sancte Marie supra dicte. Rector quoque sive clericus, qui ad cappellam eandem presentatus fuerit et institutus, singulis diebus unam missam cantabit in eadem cappella, que debet esse prima, postquam ad missam parrochie fuerit compulsatum, et specialiter 30 quarta feria pro peccatis et sexta feria pro defunctis celebrabit. Que si ex festivitate aliqua vel casu aliquo servari non poterunt, in aliis feriis precedentibus vel sequentibus^{b)} cantabuntur. Quidquid vero in eadem cappella oblatum fuerit a fidelibus vel de missis votivis et vigiliis occulte vel manifeste datum fuerit seu obvenerit, absque diminutione ad usus plebani et integre pertinebit, ita quod rector cappelle solo censu assignato et assignando a predicto Th. et suis heredibus seu aliis quibuscunque dotis titulo sit contentus, 35

41. a) Im Original fehlt hier offenbar ein Wort, etwa consensu; Möller, der im Theatr. Freiberg Chron. 2,29 einen Auszug der Urkunde mittheilt, schaltet suffragio ein und ihm folgt Wilisch a. a. O. b) vel sequentibus über der Zeile hinzugefügt.